

Iste *Magdeburgensis ecclesie canonicus* et Egberto marchioni *consanguinitate proximus*, mox ut episcopatum suscepit, omni studio inprimis sedis sue primatem ecclesiam fratrumque suorum prandium de hereditariis suis bonis benigne adauxit, et duo monasteria, sancte Marie et sancti Martini, ab antecessore suo Sigiberto episcopo incepta, alterum eorum, quod est sancte Marie, et opere et consecratione consummavit, sancti Martini vero ex parte devote augmentavit. Alia quoque monasteria, que sub suo iure erant, et prandia ibi Deo servientium devotus melioravit, quatenus votum suum in *monasterio sancti Mauricii, quod ipse propriis expensis à fundamento construxit*, eo maiori fiducia postmodum expedire posset.

*Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos benignitas, mira liberalitas erat*².

Sed quia quem *diligit Deus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit*³, *paralysis hunc per V annos decoxit, ut*

173, 38. *Heinricus ... Goslariensis aeccliesiae canonicus*¹; 158, 13. *Udo comes, vir valde industrius et regi consanguinitate proximus*; 280, 2. *quendam Vertunensem canonicum, ipsi duci consanguinitate proximum*.

161, 24. *monasterio sancti Iacobi, quod propriis impensis extruxerat*; 178, 9. *templis quae ille propriis impensis Deo construxerat*; 219, 35. *aeccliesiam ... propriis impensis extruxerat*; 238, 19. *Duas Coloniae congregationes clericorum ex integro propriis impensis instituit*; 223, 47. *ipsam aeccliesiam propriis impensis instauraverat*.

238, 8. *Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat* (Anno's); 214, 14. *Magna eius* (Anno's) *in pauperes liberalitas*.

217, 17. *Is miro iudicio Dei, qui quos diligit corripit et flagellat omnem filium, quem recipit ... per continuos duos*

1) Diese anscheinend gleichgültige Stelle belege ich wegen der Wortstellung, die Lambert so durchaus bevorzugt.

2) Beiden Stellen liegt zu Grunde Sulp. Sev. Vita Martini c. 2: 'Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas'.

3) Die beiden Stellen zu Grunde liegende Vulgata-Stelle, Hebr. 12, 6, lautet: 'Quem enim diligit Deus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit'. Im folgenden Verse: 'quis enim filius, quem non corripit pater'. Es ist also zu bemerken, dass an beiden Stellen das 'corripit' aus Vers 7 für 'castigat' eingesetzt ist.